



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Cyprii, Protonotarii Constantinopolitani, Chronicon Ecclesiae Graecae

Philippus <Cyprius>

Franeqverae, 1679

33 De virtutibus ascetarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10949

ἄρτα διψαίτω ἐν τῷ κλιβάνῳ. Συλλέγασθαι γὰρ ἐν τῷ θέρει μήλα, καὶ ἄπα, ἢ σύκα, καὶ κεράπα, καὶ κόπτουσιν εἰς μέλη, καὶ ξηραίνουσιν ἐν τῷ ἡλίῳ, καὶ ἐν τῷ λοιπῷ μερεῖ ἔχρονος κοχλάζουσιν ἐκείνα, ἢ ἐοθίως μὲν ἄρτα διψαίτω, ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ ἅπαξ τὴν ἡμέραν, ἐν δὲ ταῖς ἐορταῖς δις, πέντε δὲ καὶ ἴσως ἅπαξ. Ζῶσι δὲ ἔτι ἐκ τῶν ἰδίων κόπων, ὅτι ἡ Ἑλληνικὴ ἐκκλησία εὐσυχωρεῖ μοναχοὺς τε καὶ ἐρημίτας ζητεῖν ἐλεημοσύνας, διὰ τὸ μνημονεύειν τῶν Παύλων λέγοντι, Ὅτι μὴ ἐργαζόμενοι, μὴ ἐσθιέτω. Ἐνίοτε ἕντες ἐκ τῶν πλεονέκτων Ἑλλήνων πέμπουσιν εἰς τὰ μοναστήρια, ἢ εἰς τὰς ἐρημίτας ἐλεημοσύνην, καὶ λαμβάνουσιν οἱ ἀπικηταί. Τὸ δὲ ἔργον αὐτῶν ἐστὶ τοιοῦτον. Ὁ μὲν πλέκει σεραδάς ἐκ τριχῶν προβάτων, καὶ ἔριον, ὃ πηθεῖσιν οἱ μοναχοὶ ἀμφὶ τὰ ἄκρα τῶν ἐνδυμάτων αὐτῶν. Ὁ δὲ σκιάδιον ἐκ ψιδίου, ὃ δὲ ξύλινα κοχλιάρια, ἢ λαβίδας ξύλινας, ὃ δὲ γράφει βιβλία. καὶ ταῦτα τὰ ἐργόχειρα πάντα διδάσκει τοῖς κατοικῆσιν ἐν τοῖς μοναστηρίοις, καὶ κείνοι διδάσκει πάντα τὰ ἀναγκαῖα τοῖς ἐρημίταις. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ τρίτη τάξις τῶν ἐρημιτῶν μοναχῶν. Ταῦτα μὲν ἐγὼ γράφω, διὰ τὸ εἶδέναι με καλῶς, καὶ ἀσφαλῶς, καὶ ὀφθαλμοειδῶς, πολυῶς γράφειν καὶ λέγειν. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ τρίτη τάξις τῶν μεγάλων βασιλέων τῶν μοναχῶν.

ΚΕΦΑΛ. ΛΓ.

Περὶ ἀρετῆς τῶν ἀσκητῶν.

Ὅτι οἱ ἀσκηταὶ ἔχουσιν ἕνα ἄριστον ἔργον, ὅτι τὰ παλαιῶν ἐρημιτῶν, ἱερέων, βιβλία ἕνα, ἃ διδάσκουσιν αὐτοὺς, πῶς δεῖ ὑπομῆναι τὰς κακίας, λέγουσι ἕτως. Ἐὰν μὴ ἔλθωμεν εἰς τὰ μέτρα Μωϋσεως, καὶ Δαβὶδ, εὐδυνάμεθα σώζεσθαι. Ἰατέστιν, ὡς περὶ ὁ Μωϋσῆς ὄνειδιζόμενος ἀπὸ Δαθὰν καὶ Ἀβιρών λεγόντων τῷ Μωϋσῆ. Εἰς πῶς πῶς σὺ μόνος κυριεύεις, καὶ ἡμεῖς ὑποὶ ἔσθρα ἔσθρα Ἰακώβ. ὅτι ἠθέλησεν ἀντιλέγειν, ἔπειτα ὀργίζεσθαι ἐκείνοις ὁ Μωϋσῆς, ἀλλ' ἀπεκρίθη ἐκείνοις λέγων. Ἐρωτήσω τὸν θεόν, καὶ ποιήτω ὡς θέλει. Καὶ ὁ Δαβὶδ, βασι-

pomis, castaneis, adhibito pane bis cocto sese sustentant. Æstivo enim tempore poma, pira, ficus & cerasa colligunt, inque frustra secta Solis fervori exposita torrent; & reliquo tempore his eduliis, pane bis cocto adhibito, vescuntur, & quidem per integrum annum de die non nisi semel; exceptis diebus festis, quibus aliqui bis de die, aliqui tamen etiam tùm nonnisi semel comedunt. Et hi quidem monachi propriis laboribus hunc victum sibi acquirere habent necesse; ratio hæc est, quia ecclesia Græca, illud Pauli: Qui non laborat, non manducet; memori mente observans, non permittit, ut monachi & eremitæ stipem & eleemosynas mendicent. Interdum tamen ditiorum Græcorum nonnulli, tùm illis qui in monasteriis, tùm qui in eremis degunt, eleemosynas mittunt; quæ ascetis hic etiam cedunt. Labores verò, quibus isti aliàs occupantur, hi sunt: Hic è pilis ovium funiculos netit, ut & lanam coactam, quam monachi loco simbriarum vestimentorum extremitatibus assuunt. Ille parat umbracula è juncis, iste cochlearia aut manubria lignea, alius scribit libros. Atque hæc omnia, postquam absoluta & perfecta sunt, eremitæ monachis, qui monasteria incolunt, exhibent; à quibus vicissim cuncta, quæ vitæ usus exigit, mercedis loco recipiunt. Et hic est tertius ordo monachorum, scilicet Eremitarum. Quæ quidem ego, quia omnium optimè & certò sum gnarus, ut qui cuncta oculis meis usurpavi, audacter scribo dicoque. Et hic est tertius ordo monachorum magni Basilii.

CAPUT XXXIII.

DE

Virtute ascetarum.

Ascetæ hi ab antiquis eremitis acceperunt quæque traditiones nonnullas, hoc est, libros aliquos informantes eos, quomodo malos perferre debeant; in quibus hoc legitur: Nisi Moses & Davidis perfectionem attigerimus, salvari nullo modo possumus. hoc est, Quemadmodum Moses contumeliâ & opprobrio conspurcatus à Dathan & Abiram, dicentibus: Quando tandem tu solus imperium in nos exercere desines? Nos quoque è filiorum Jacobi sumus numero: nec contradicere, nec irâ accendi, sed hac responsione eos dimittere voluit: Consulam ego super hac re Deum; faciat ille, quod ipsi visum fuerit. Et
sicuti

Βασιλεύς ὢν καὶ περὶ τῆς μέγας, ὅταν ὑβρίζητο διὰ τὸ εἶ κακίης Σι-
 μεί, καὶ τὸ ὑπερέψαι εἰς τὴν βασιλείαν αὐτῆ, ὅτε ἠθέλησεν ἀπο-
 κλείναι τὸν κακίον ἐκεῖνον ὑβριστὴν αὐτῆ. Κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον
 καὶ ἔτι οἱ ἀκηχῆ Ζῶσι, διὰ τὸ μνηστῆραι αὐτῆς ἰσχυρῶν τῶν περὶ
 θένων ἀνδρῶν. καὶ ὅταν τις ὑβριστὴς ὑβρίσῃ αὐτῆς, εἴ θέλῃσιν ἀντι-
 λέγειν, ἀλλ' αὐτίκα μέμνηται τῆ Δαβὶδ, καὶ τῆ Ἰωάννη λέγοντι
 ἐν ἀποκαλύψει κεφ. ις. Καὶ εἶδον ἐκ τῆ σῶματι τῆ δράκοντι, καὶ ἐκ
 τῆ σῶματι τῆ θηρίου, καὶ ἐκ τῆ σῶματι τῆ ψεύδοπερφήτης πνύματα
 τρία ἀκάθαρτα ὅμοια βατραχίαις. καὶ πρὸς ἐταίροις τῆς βασιλείου τῆ
 γῆς, σωμαργεῖν αὐτῆς εἰς πόλεμον. οἵπνεσ εἰσι δυνάμια παραχῆς.
 ἔτα καὶ οἱ ὑβριστῆ ἀκάθαρτα δαιμόνια ὑβριστῆς τῆ παραχῆς ἔχουσιν ἐν
 ἑαυτοῖς, ὡς φησὶν ὁ Κύριος. Τὰ γὰρ κακὰ ἐξ ἀκαθάρτων σωματίων ἐξέρ-
 χεται. καὶ ἴσχε ἕνεκα θέλῃσιν ὑβρίσῃ τῆς ἀνθρώπου, ἢ ἑτέρας ἀδικίας
 φέρειν, ὡς φησὶν καὶ ὁ Παῦλος. Πολλοὶ ἀπίστοι εἰς τὸν κόσμον ἐλη-
 λύθησι. Ἐπε κλέπτης, ἔπε λούδαρος, καὶ τὰ ἐξῆς, βασιλείαν
 θεῶν εἴ κληρονομήσασι. Καὶ ἴσχε ἕνεκα καταφρονῶντες ἐκείνων, εἴ
 θέλουσιν ἀντιλέγειν, ἀλλὰ μέμνηται τῆ Παυλοῦ λέγοντι. Ἐάν τις
 ἀδελφός ἐξ ὑμῶν πέσῃ ἐν πνύματι πρῶτον, σκοπῶν σεαυτὸν, μὴ
 εἴ σοὶ περὶ αὐτοῦ, θέλωτι νοσητεῖν τοὺς ἀτάκτους μετ' εἰρήνης.

ΚΕΦΑΛ. ΛΔ.

Περὶ νηστείας τῆς πρώτης τάξεως, καὶ δευτέρας τῶν
 μοναχῶν.

Ἡ Νηστεία τῆς πρώτης τάξεως, καὶ τῆς δευτέρας, ταῦτα, τῆ μονα-
 χικῶν, καὶ τῆ ἡγιασμένων, ἐστὶν ταύτη. Νηστεύουσιν ἐν ὅλῳ
 τῶ ἑνιαυτῶ καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα τρεῖς ἡμέρας ἡμέρας τῆς σελήνης, ἡμέ-
 ρα Ἐρμῆ, ἡμέρα Ἀφροδίτης. Ἡμέρα τῆς σελήνης ἡσθῶσιν, ὅτι τῆ
 ἡμέρα τῆ Κρόνου, καὶ ἡμέρα τῆ ἡλίου δις ἐπίσκει τῆ ἡμέρας, Ἐπίσκεισιν
 ἑχιδνάς, καὶ βῆτυρον, καὶ ὄα, καὶ γάλα, Ἐ τυρὸν, καὶ ἔλαιον, Ἐ οἶνον.

ἴνα

sicuti regio non solum diademate, sed prophetiæ etiam dono valdè inclutus David, à bipedum scelestissimo illo Simëi virulentâ linguâ consputus, postquam regium solium occupavit, nequaquam scelus illud, calumniatorem, morte mulctavit. Idem ad exemplar & hi ascetæ vitam suam instituunt, eò quod jam commemoratorum viro- rum minimè ex oculis & animis removeant imagines. Quod si igitur calumniator aliquis calumniis eos impetat, verbis eos nequaquam vo- lunt protelare, sed statim recordantur Mosis, Davidis, & Johannis in Apocalypsi, cap. xvi ita loquentis: Et vidi ex ore draconis & ex ore illius bestię & ex ore pseudopphetæ illius tres impuros spiritus ranis similes; qui abeunt ad reges terræ, ut congregent eos ad prælium. Hi sunt dæmonia seditionis & tumultus. Pari modo & con- viciatores hi impuros contumeliæ & turbarum spiritus in animo suo nutriunt, secundum pronunciatum Domini: Mala enim ex ore impuro procedunt: & hinc aut homines contumeliis maculare, aut alia damna illis inferre student. Cui & Paulus concinit, dicens: Antichristi multi mundum hunc intrarunt. Item: Nec fur, nec conviciator, nec qui consequenter ordine commemorantur, regni Dei hæreditate potiri poterunt. Et hæc cogitantes solo contemptu illos refutant, ne verbo quidem illis sese opposcentes. Pauli verò considerantes dictum illud: Si fratrum vestrorum aliquis forte in aliquo lapsus fuerit; vos, qui spi- rituales estis, hunc rursus spiritu lenitatis in semitam rectam deducite, cogitantes & vos fortè in tentationem aliquam incidere posse; inordi- natè viventes adhibita mansuetudine student corrigere.

CAPUT XXXIV.

DE

Jejunio Monachorum primi & se-
cundi ordinis.

CUm jejunio primi & secundi ordinis monachorum, hoc est, tum monasteriacorum, tum superiorum, ita est comparatum. Jeju- nant illi per integrum annum septimanis singulis tres dies, ut die Lunæ, Mercurii & Veneris. Diem Lunæ quidem jejuni ideò transigunt, quia diebus Saturni & Solis bis de die, & quidem piscibus, butyro, ovis, lacte, caseis, oleo vinoque fruuntur. Ne igitur cupiditates hinc robur

K

aliquod